Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift

omis in se uitiorum continet passiones. quas recte latino sermone perturbationes
possumus dicere. qd statu mentis euertant. et ebrios faciant nescire qd
agant. Qui g possunt plurimum debent carere uitiis. et maxime ua
que furori proxima est. ne quanto plus possunt. tanto amplius subiec
tos nocent. Miscet siceram. qui cum ebrietate plenus sit. ad decipiendos
homines umbras quasdam et imagines simulat se habere uirtutum.
Qui iustificatis impium p munera. et iusticiam iusti auferis ab eo. et
hec pars uitiorum est. et uinea que p uuis fecit labruscas. et spectante dno
ut faceret iudicium fecit iniquitatem. iustificans impium p munera.
et non causas. sed dona considerans que excecant oculos eorum sapientium.
Vnde cauendum est ne inebriem uino in qua est luxuria. et nudent femo
ra turpitudinis nrae. et adulem impius p munera. et iusticiam iusti
p inopia despiciamus. Quod et in epla iacobi precipitur. ne honorantes
impios diuites. et despicientes seos pauperes fiant iudices iniquitatis.
Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis. et calor flammae exurit.
sic radix eorum quasi fauilla erit. et germen eorum ut puluis ascendet. Abie
cerunt enim legem dni exercituum. et sermonem sci israel blasphemauerunt.
Propter superiores causas superbiae et ebrietatis et auariciae q p uuis attu
lerunt spinas et fenum ligna et stipulam arsurosque uepres. ideo radix
maliciae eorum redigitur in fauillam. et omis flos et pulchritudo diui
tiarum et corporis puluerem comparabit. Non enim solum ista fecerunt.
sed his gradibus puenerunt ad blasphemiam. ut legem dni non reciperent.
et sermonem sci israel blasphemarent. De qbus sup legimus. de sion
egredietur lex. et uerbum dni de hierlim. Potest radix in malis co
gitationibus accipi. fructus autem et germen in malis operibus atque